



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1572 usque ad annum 1581

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118642

§. 34. Mediolanensis Gubernator sancti Archipræsulis nomini labem Romæ aspergere machinatus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67232](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67232)

Sæcul. XVI nium in sacra hac expeditione impen-
A.C. 1579. dens ad hujus gentis salutem, atque
 emendandos Clericorum mores pluri-
 mum conferebat, ubi suam etiam impen-
 dit operam, ut Tridentina Synodus
 apud Catholicos Helvetiorum Pagos
 recipereetur: porro ab illo temporis ar-
 ticulo summus Pontifex semper Helve-
 tios Nuntii Apostolici præsentia hono-
 rabat, sanctus vero Carolus hoc anno
 pro illa Natione Collegium extruxit,
 illudque amplis proventibus dotari cu-
 ravit.

§. XXXIV.

*Mediolanensis Gubernator sancti Ar-
 chiprœfulis nomini labem Romæ
 aspergere machinatus.*

Giuſſ. I. 6.
c. I.

Interea Gubernator adhucdum contra
 sanctum Archiepiscopum exacerba-
 tus, suos amicos, quos Romæ nume-
 rabat, instigare pergebat, ut sanctum
 Virum summo Pontifici, sacroque Pur-
 puratorum Collegio exosum redderent,
 eumque tanquam Virum prudentia, sa-
 noque judicio destitutum traducerent:
 enimvero hæc calumnia, quamvis ve-
 ritati omnino diffona, apud quosdam
 tamen Curiæ Romanæ Præfules fidem
 obtinebat, quapropter nonnulli quar-
 tam illius Synodum, quam tum a fa-
 cra Sede confirmandam Theologi exa-
 mina-

Sæcul. XVI.
A.C. 1579.

minabant, esse rejiciendam, cunctaque illius decreta et si saluberrima omnino supprimenda suadebant, atque alii etiam contendebant, periculofum esse, si tam ampla huic Archiepiscopo potestas concederetur: nonnulli pariter sancti Caroli studium, quod pro restauranda Ecclesiæ disciplina exerebat, temeritatis arguebant: nec magis benigne Mediolani de Borromæo sentiebant probitatis ofores, ex quibus nonnulli spargebant, quod Hispaniæ Rex Romæ suo Oratori præcepisset, ut Carolum a suo Archiepiscopatu amoveri a Papa petret, Mediolanensis vero Gubernator illum tanquam turbidæ indolis Virum, ac tumultuum, & dissensionum Auctorem urbe etiam vi abigeret: insuper passim divulgabatur, quod Carolus, cum abs dubio Romæ comparere compelleretur, eo delatus inde Mediolanum reverti nullatenus permitteretur. Hi rumores quantumvis falsi, ac non nisi per summam malitiam excogitati populum aliunde primævo naturæ vitiò credulum, & ad solutiorem vitam propensum ad facinora plurimum funesta impellebant, resque eo devenerant, ut populus ab omni pœnarum metu liberatus crederetur, dummodo eidem Pastoris sui in exilium amandandi spes fieret: quippe ab illo momento idem

N n 3 im-

Sæcul. XVI. impune ruptis omnibus modestiæ re-
A.C. 1579. pagulis sese omnis generis voluptati-
 bus, ac licentiis mancipabat, cunctas-
 que, sanctissimas licet, Ecclesiæ leges,
 & statuta deridere cernebatur.

§. XXXV.

*Sanctus Carolus Romanus pergere pa-
 ratus.*

Giuff. t.c.

Sanctus Carolus, quem non falsi hi ru-
 mores, sed maxime vitia inde pul-
 lulantia affligebant, ipsus Romanam con-
 tendere statuit, suamque Sororem in-
 visurus, resque domesticas plene com-
 positurus Mantuam perexit: inde vero
 per Camaldulenium Eremum inter E-
 truriam, & Romandiolum Apenino
 monti impositam iter instituit, atque
 ibidem aliquamdiu substitit, cum his-
 ce Monachis ferventius rerum divi-
 narum contemplationi vacaturus: fuos
 autem domesticos ad Lauretanæ ædes
 præmittens nonnisi Monetam, quem ab
 epistolis habebat, secum retinuit: atta-
 men quamprimum sanctum Archipræ-
 fulem ad Camaldulenses secessisse, Me-
 diolani innotuerat, mox illius hostes
 spargebant, quod desperatione impul-
 sus Eremitam induere velit: verum ille
 paulo post inde discedens in itinere ad
 facras Lauretanæ ædes contendit, ibi-
 demque die Beatissimæ Virgini in lu-

cem